



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1631**

Quando liceat ab infamia se purgare, & quibus aduersus suos hostes  
remedijs Christus fuerit vsus, Sermo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

relationem Iohannis Baptista in lymbo vidit, id est, didicit Passionem Christi quoque dici potest vidisse in figura, quando Isaac filium suum immolare voluit: quo tamen salvo atque incolumi ad Dei iussionem manente, hincum harentem cornibus pro eodem Deo obtulit.

Dixerunt ergo Iudei ad eum : Quinquaginta annos non-dim habes, & Abraham vidisti? Dicit eis Iesus : Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.

Non intelligentes verba Christi Iudei pleni furore, frendebant aduersus Isum. Inuidia namque eos excēbat. Quamobrem Christi verba nisi literatim tantum intelligere non potuerunt. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Quare non dixerunt: Triginta, aut quadraginta annos nondum habes? sed de quinquaginta loquantur. Respondeatur iuxta Chrysostomum, Dominum Iesum tenerrimae fuisse complexionis ac nobilissime, atque ideo propter multijugem laborem, propter paupertatem & parsimoniam, & propter calidæ regionis illius intemperiem, annos iorem, quam erat, apparuisse. Amen amen dico vobis: Non vincitur pietas, sed Iudeorum obiectionibus humiliiter respondens: Antequam, inquit, Abraham fieret, id est, crearetur, ego sum. Non dicit: ego eram, sed ego sum, offendens se. Eum ille eius, qui dicit: *Ego sum qui sum*, esse suæ æternitatis, Exod. 1, quod neque præteritum habet, neque futurum, insinuans.

Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum, ceu in hominem blasphemum, qui se xquaret Deo. Ipse autem nolens exercere potentiam, sed patientiam, abscondit se, id est, inuisibilem, seu non cognoscibilem se per diuinitatem reddens, exiuit de templo, mallens gloriofus iniuriam patiendo fugere, quam respondendo superare. Volut enim blasphemis ipsis subducere furore occasionem, ne ante tempus tantum flagitium committerent, quia nondum venerat hora eius. Dominus idem noster Iesus Christus mititatis ac patientiae sua nos faciat imitari hoc exemplar, quod est in se, nobisq*em* imitandum constituit, qui est benedictus in secula.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

*Quando liceat ab infamia se purgare, & quibus aduersus suos  
hostes remedii Christi fuerit usus.*

*Vix ex vobis arguet me de peccato?* Iohannis VIII. Occasionem huius verbi Christus Dominus noster accepit ex praecedentibus, quæ geserat & locutus fuerat coram Iudeis, qui magna moti inuidia contra eum, quererant ipsum interficere. Quod ut liberius audenter, tentabant, quibus poterant eum dolis & questionibus circumuenire, ut exsuum illum facerent populo. In festo itaque scenopegia in ultimo die cum vehementi zelo predicasset, & varius esset rumor in populo de eo: aliorum dicentium eum Prophetam, aliorum Christum, aliorum id negantum & obstrepentum, dissensio facta est in turba propter eum. Itaque cum Pharisæi audirent turbam, id est, aliquam partem turbæ murmurantem de illo, misericordia eius remeans. Et quoniam illa erat.

runt ministros ut apprehenderent Iesum: sed nemo in illum misit manus. Quin potius ministri redeuntes & a pontificibus & Phariseis, quare non secum adduxissent Iesum, interrogati responderunt: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Irati igitur in illos, & postea etiam in Nicodemum, qui pro Iesu loquebatur, Pharisei ad aliam calliditatem versutissimi se conuerterunt. Siquidem mulierem in adulterio deprehensam pessimo Domino adducunt, interrogantes, quid illi iuberet faciendum: quandoquidem huiusmodi lapidare iussisset Moses. Putabant enim sapientissimo Domino se struxisse decipulam, vt qualiter cunque responderet, calumniandi haberent occasionem, praebereturque sibi ansa turbam in illum indignandi. Siquidem si iuberet adulteram absolvi, contra legem (vt se solabant) illum agere clamarent: Si lapidandam diceret, durum & immisericordem calumniarentur. Sed corum retia Christus Dominus disrumpens digito scribebat in terram: Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat. Proinde confutati omnes discescerunt. Post hæc autem, quum multis verbis eorum cœcitarem & duritiam arguisset, etiam hoc illis obiecit, quod se odio habebant gratis, & ex odio moti, quærebant cum occidere, quod iam aliquoties tentauerant quoque, licet nihil prævaluerunt. Inde ergo in hæc verba incidit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Si occidere me quæratis, ostendite iniquitatem in me, quare sim occidendum. Nefassim, est quemuis occidere innoxium, & a peccato mundum. Per hæc itaque & sequentia purgat se, reum scilicet se non esse mortis, sed veritatem docere, Patris sui gloriam quærere, nihil denique miraculorum cum dæmonia inuocatione, aut eius auxilio seu virtute operari.

Primum itaque est, quod nos in hoc Euangeliō docet, licere nobis, vbi infamia nos premit iniusta, aut vbi grandem patimur iniuriam, nos purgare, rationem reddere, & nos ab iniusta infamia cum veritate excusare. Laudabile namque est, vbi iniustè aut falso quis infamatur, præsertim si infamia non leuis fuerit, se excusare & purgare. Idque tunc maximè. Primo, quando fama periclitatur innocentis. Siquidem multa sunt, propter quæ vituperamur, quæ quum non sint contra famam, non oportet ea omnia excusari. Hæc enim leuis multo excusat melius patientia, aut dissimulatio, aut humilis confessio, quæ honoratum faciunt hominem quam excusatio, accusatq; defensio. Quando enim accusationes sunt, quæ non grauiter lœdunt, aut si vituperia sunt, quæ animam non inquinant, multo magis ædificabis auditores, si humiliiter te propugnes tacendo, quam si digladiando, contendingo, irascendo, arque defendendo nisius fueris te purgare seu iustificare. In huiusmodi enim semper periclitatur humilitas, periclitatur charitas, periclitaturque patientia, quarum cura sapissime maior est habenda, quam opprobrii pellendi, vnde non nimium grauatur fama, nec adeo grauatur, quin maior utiliorque fructus ex patientia & humilitate proueniat, quibus infamia quoque, si leuis est, aboletur. Verum hoc sola potest humilitas. Quando enim hoc superbo possit persuaderi? Porro, si quid, quod famam grauiter lœdit, obiectum fuerit, quum fama sit nobilissimum in rebus temporalibus (scriptura dicente: *Melius est nomen bonum, quam diuitiae multæ*) detergendum est illud spongia purgationis. Quomodo enim

Iohann. 8.

Leuit. 20.

Purgatio sui  
ab infamia  
quando li-  
cta sit.

Leuit. 2.

sim defendere licet rem temporalem, ita multo magis famam. Quæ vbi  
sem amissa fuerit, vix recuperabitur. Dux namque res nobis sunt, dicit Augustinus, necessaria conscientia & fama. Conscientia necessaria no-  
biscum, fama proximis nostris. Quamobrem Apostolus quoque ait: Provi-  
lentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Secun-  
do licet excusare se & purgare, ut lingua detrahentis emēderetur. Multa enim  
mala insert detrahor & sibi & audiētibus. Plerumque enim parum aut  
nihil nocet detractor ei, cui detrahit, non potest autem detrahēdō non semi-  
per nocere, & sibi & audiētibus. Cui verò plus noceat, num sibi an audi-  
eūbus, dubitat Bernardus, sic dicens: Detrahēre & detrahētē audire, quid Bernar. lib. 2.  
horum sit damnabilis, non facilē dixerim, quia vterque portat diabolum de confider.  
fūb lingua. Detrahens præterea perillentior quām viperā. Tres enim si-  
mul inducunt vno flatus, puta seipsum detrahentem, eum cui detrahit, & au-  
diētē se. Multa alia mala linguae detrahentium efficiunt. Quare expe-  
ditos confutari & vinci, quo minus noceat. *Susurrone, enim substrado, iungit* Prover. 24.  
conquiescent. Tertio licet expedit se purgare, quando scandalum im-  
munes pusilli. Scandalum vocatur, quando delinquendi datur occasio seu scandalum  
tauta ex re mala aut illicita, seu mali speciem habente. Quod semper, vbi- quid sit.  
cunque id fieri potest, amputandum est, Quocirca, quum Christo Iudæi duo  
falso impingerent, puta quod esset Samaritanus, & quod dæmonium ha-  
bēre, alterum excusat, alterum dissimulans tacuit. Samaritanum enim es-  
se, tamē coram Iudæis foret probosum, non tamen erat malum, ideo le-  
lus ad hoc probrum nihil respondens dissimulauit. Porro dæmonium ha-  
bēre Christum, illiusq[ue] confederatione seu virtute, morbos curare, mi-  
racula eius adiutorio facere, scandalizaret vehementer, noceretq[ue] saluti no-  
tiss. 2.  
fite de Christo id credere. Quāobrem Christus de hoc se purgauit. Tria au-  
tem sunt, in quibus Christo Iudæi detrahēbant. Primo nitabantur innocē-  
tē eius detrahēre, quo infamare illum, dicentes eum peccatorem. Idcir-  
co cœilli à Christo illuminato, Christumq[ue] egregiè defendant, Pharisæi  
dilecant. *Nos scimus quia hic homo peccator est.* Et alibi: *Ecce homo vorax & peta-* Ioan. 9.  
tator vni, publicanorum & peccatorum amicus. Secundo detraxerunt eius eru- Matth. 11.  
ditioni, quia dixerunt eum seductorem. Quod scribens Ioannes, *Multus,* Ioan. 7.  
inquit, era murmur de eo. *Quidam enim dixerunt quia bonus est, ali⁹ verò non, sed se-*  
*dant turbas.* Siquidem coram Pilato quoque inter præcipua hanc accusatio- ibidem.  
nem locauerunt, quod non doceret, sed seduceret turbas. *Hunc (inquit)*  
*subueritētem gentem nostram.* Ad hæc autem calumniose illum etiam Lccc. 1.  
mendacij insimulabant dicentes: *Tu testimonium perhibes de teipso testimonium* Ioan. 4.  
*tuum non est verum.* Tertiō detrahebat eius virtuti & miraculis. Hæc enim  
omnia erant quæ confirmare debabant veritatem prædicationis, & Euange-  
licam salutem, quæ nobis offerebatur à Christo. Ipsi verò diabolica frau-  
de instruēti his omnibus, quæ nos iuuare deberant, contradicēbāt, obstre-  
pebant, detrahebant, calumniabant & iniquè peruertebāt. Si enim Chri-  
sti noua lex, eiusq[ue] Euangelizatio nobis esse debeat salutifera, necesse erat  
vires vera quæ nobis dicerentur, vt etiam is qui doceret nos, esset san-  
ctus & innocens (quomodo enim credam, vt bene doceat, male viventi?)  
vt denique nos salutaria doceret, quibus nos à via veritatis, & à Deo non Hebt. 7.

GG. 3 abdu-

VI  
21Augustin.  
Roma. 12.Detraho-  
quantum  
noceat.

Bernar. lib. 2.

abduceret, sed ad eundem nos reduceret. Postremo, quum difficultas posse prægrandis, & scrupulus vexare Iudeos, quo fortasse videatur, quia Christo non crederent, excusandi, puta quod sibi non licet de his, quæ per Missionem à Domino nouerant sibi tradita atque iam recepta, quædam relinquunt & noua assumere (Neque enim ignorabant vetera hæc priora olim placuisse Deo & fuisse bona) ideo opus erat illis videtur testimonia diuinæ virtutis, voluntatis ac beneplaciti eiusdem, quo horum quæ docebat Christus, veritas probaretur. Ideo quamvis satis virtus innocentia suum Euangelium fulciret Christus, & ea tantum, quæ iustissima & legi natura maximè sunt consentanea doceret: tamen quia illa omnia Pharisæi calumniabantur, & à diabolo suo præceptore ac magistro excitati omnem prædicationis, omnemq[ue] operum Iesu fructum nobis moliebantur admirare, adhibuit timor miracula & signa Christus, opera faciens, quæ præter Deum nemo aliud possit, quibus prædicationem suam confirmaret. Veruntamen nihilominus adhuc signis & virtutibus eius diuinis detraheret pessimi illi, tribuentes ea potestati diaboli, in cuius nomine, virtute seu cōfēnsu ipsum Christum dicebant facere ea, quæcunque turbæ quasi diuina mirarentur. Itaque Christi detrahebant miraculis, dicentes illum dæmonium habere, & in virtute illius, dæmonibus alijs, infirmitatibusq[ue] Christum præcipera. Sapienter enim Christus illis loquebatur alta & sublimia, quæ non intelligebant. Sæpenumero quoque opera ex potestate diuina agebat, quæ facultatem humanam excedebant, nec minus frequenter secreta cordium eorum manifestabat. Ideo hæc omnia tribuebant diabolo, exigitimantes quod cum eodem paftum haberet Dominus Iesus, cuius vigore hæc omnia efficeret. Neque enim adeo erant imbuti Spiritu sancto, vt crederent cum diuina propriaque virtute hæc operari posse, quos inuidia tantum excecauit, vt quicquid operabatur, quod virtutem excederet humanam, hoc diabolo ascriberent, Christoque detrahebant. Moliebantur enim ea omnia destruere, quibus Christi prædicatio potuit fulciri, ac vera probari. Sed quid Christus contra eos fecit? Num iustitiam ignem descendere de celo, qui eos consumeret? Nunquid terræ mandauit vt eos deglutiire? Minime. Quid igitur fecit? Quinque vsus est remedijs ipse contra Iudeos, quæ non quoque contra injurias, si quas patimur, tenenda docuit. Primum fuit patientia. Melior enim est paciens viro fortis, & qui dominatur animo suo, expugnatore virium. Secundum fuit silentium. Ad multa enim coniuria nihil respondit, maximè vbi manifesta erant mendacia, aut si vera etiam fuissent, culpa tamen & vitio hæc animi carebant. Hoc modo ad coniunctionem Samaritanum eum nominabant in hodierno Euangelio taciturne contentionis illis materiam præberet ubriorem, Itaque maluit Samaritanus vocari, quam contentionem fouere Iudeorum. Tertium fuit responso molli & pacifica. *Responso enim mollia iras mitigat.* Quamobrem vbi respondendum erat, tam mansuetè benigneque respondit, vt magis iram alienam eius verba sedarent, quam prouocarent. Quartum fuit ab hostium suorum oculis se subducere, ne grauius in illum delinquerent. Sæpe enim confundit hostium suorum furori cedere, & eorum fœte oculis subtrahere, intram in aliam regionem aut locum diuertens, donec illorum acquirescet ins-

Ioan. 8.

Sapient. 3.

Lucas 9.

Deut. 32.

Psalm. 105.

Remedia

Christi quin-

que contra

injurias.

Prover. 19.

Ioan. 6.

Prover. 15.

Ioan. 8.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

Prover. 15.

Ioan. 8.

Ioan. 6.

Ioan

infan<sup>tia</sup>. Quintum fuit pro malis bona retribuere, pro conuictis reddere instructionem, pro persecutionibus beneficia, pro malevolentia benignitatem & charitatem. Haec sunt arma sanctissima, quibus omne genus hostium exognatur, atque inuidia sternitur. Quid tibi nocet vermicule, si contumeliam tibi quis irrogat? An soli tibi irrogatur? Nonne Christus contumelias perulit & tacuit? Nunquid tu vis esse Christo aut melior aut dignior? Christus pacatur & tacet, & tu queris vindictam? Legimus de quibusdani philosophis, qui ingenti mansuetudine prædicti iniurias ac contumelias non minus fortiter, quam æquanimiter tolerarunt. Quapropter cum quidam avilissimo quadam homine comitium pateretur, interrogatus quomodo tollerare posset: Si, inquit, asinus pede me calcasset, nonne tolerarem? Non ergo tollerabo ab homine, quod ab asino tollendum erat? Sic ethnorum philosophi virtuti studebant, quibus tamen nulla erat reposita consona suffitia à Deo percipienda, quandoquidem finem, in quem opera aut virtutes suas dirigerent, nesciebant: & nos Christiani, quibus, si vel calamitatem aquæ frigidæ cuiquam tribuamus, merces eterna à Deo retribuitur, nō Matth. 10, 26. tollerabimus ad virtutes? Charissimi igitur filij parum est quod de philosophis legimus, quorum virtutes sunt, ut opera mortua. Nobilissimus exemplar in Christo Domino nostro omnium virtutum, quod imitetur, non solum ad utilitatem nostrâ, sed etiam, imo multò magis propter voluntatem eius, & ad honorem ac gloriam ipsius, qui est benedictus in secula, Amen.

### DOMINICA PALMARVM EPISTOLA BE- ati Pauli Apostoli ad Philippenses II.

**O**c sentite in vobis quod & in Christo Iesu. Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratius est, esse se aequalē Deo, sed semetipsum excinuisse formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omnē nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium & infernum. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus est in gloria Dei Patris.

### PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

**L**etio huius epistolæ Christi explicat humilitatem & patientiam, quibus per passioem à Patre exaltatus est ad gloriam, ad cuius imitationem hic inuitamus. Quare congrue huic Dominice est applicata. Dicit ita Matth. 11, 29. que Apostolus: Hoc sentite in cordibus vestris, hunc sentiat anima vestra effectum humilitatis & patientie, qui in Christo Iesu iuxta humanam naturam fuit, ut quemadmodum ille humillimus, patientissimusq; fuit, nec quæ sua, sed quæ aliorum erant, quæ sicut, ita vos quoque in vobis hunc animum lenitatis ad humilationem, charitatem, patientiamq; pacatissimum.

GG 4

Hic

VI  
21